



Erasmus Annæmontanus à pueris artiū & lin
 guarum studio operam dedit, & in ijs singula-
 ri diligentia adeò profecit, ut uiris doctissimis ad-
 numeraretur. Postea quoq; Vuitebergæ Theolo-
 giæ incubuit, & sacrarum literarum usum sibi fami-
 liarissimum fecit. huic eruditioni coniunxerat uite
 innocentiam, & naturalem quandam facundiam.
 Id cum illustris comes Nassouïæ Vuilhelmus intel-
 lexisset, eum ad se uocauit, & suę ditionis Ecclesij
 superintendentem constituit. Scripsit is plurimos
 libros, & inter eos Dialecticam & Rheticam. I-
 tem expositiones in Epistolas Dominicales & fe-
 stiuales ad methodi formam ferè absolutæ. In 4 E-
 uangelistas & Acta Apostolorum scholia. præterea ueterū synodorum cum
 generalium tum prouincialium rationem & usum. atq; insuper de cōsensu ue-
 ræ Ecclesiæ & S.S. patrum. Cum hoc modo suæ ecclesiæ optimè præfasset, atq;
 Carolus uictor 1548 nouam religionis formam Imperij statibus proponeret,
 quam etiam Vuilhelmus comes suscipere cogebatur, Erasmus ab eo disces-
 sit, atq; se ad loca tutiora contulit. ubi etiam postea suam operam Eccle-
 sijs præstítit, atque sua eruditione & uarijs lucubrationibus apud
 doctos sibi magnam authoritatem conciliauit. Geſſ.
 Anon.